

- verò eorum Capellani. 11. Maji 1635.
 42. Nomine processionum generalium comprehenduntur Rogationes. 12. Martij 1601.
 43. Musica non decet in officio Quadragesimali, præsertim cum instrumentis: & si est occasio alicujus scandali. 27. Martij 1601.
 44. Sacerdoti Missam novam celebranti licet oblationes accipere, modo non discedat ab altari. 1. Oct. 1611.
 45. Dignitatibus hinc inde distributis in Choro incensentur ea cum Canonicis ab una parte: deinde aliæ cum alijs Canonicis ab altera parte, non verò Dignitates omnes simul ante omnes Canonicos. 7. Dec. 1601.
 46. Archidiaconus sustinens baculum Episcopi thurificandus est post Diaconos assistentes, ubi non adit contraria consuetudo. 28. Aprilis 1607.
 47. Assistent Presbyter debet Episcopum thurificare ad Sedem, quicumque ille sit, non verò Diaconus Evangelij. 19. Maji 1607.
 48. Absente Episcopo thurificandus est celebrans triplici ductu. 30. Jan. 1616.
 49. Finito Evangelio Missæ solemnis, cui assistit Episcopus cum cappa, thurificandus est celebrans, non verò Episcopus. 4. Aug. 1663.
 50. Canonici in Dominicis singulatim aspergendi sunt aqua benedicta, non verò unico ictu in circumulum. 20. Dec. 1601.
 51. Non est impedienda devotio ad Imagines Sanctas. 17. April. 1602.
 52. Canonici tenentur in choro psallere: alias non satisfaciunt obligationi suæ. 20. Apr. 1602.
 53. Canonici debent cantare alta voce: sed non potest eos Episcopus cogere. 13. Nov. 1602.
 54. Assistentia, quæ fit ad Missam, & Vesperas, fiat cum pluviali. 3. Aug. 1602.
 55. Qui assistit in choro Missæ Conventuali non potest portare pileolum per totum Canonem: in alijs verò Divinis Officijs uti potest. 5. Nov. 1602.
 56. Missa Conventualis canenda est quotidie in Collegiis, quarum Clerus est numerosus, & reditus non tenues. 14. Jan. 1603.
 57. Tenentur omnino Canonici ad cantandam Missam de die, ut luceantur distributiones. 28. Jan. 1612.
 58. Sub nomine festi novem lectionum venit etiam Dominica, ideoque non est feria prima Et si in ea occurrerit festum duplex, in Cathedralibus, & Collegia-

tis canenda non sunt duæ Missæ. 12. Martij. 1618.

59. Non potest omitti altera ex duabus Missis cantandis ob celebrationem Capituli Canoniorum. 16. Maji 1626.
 60. Ob Missam votivam, seu pro defunctis non est omittenda Missa Conventualis: neque potest introduci consuetudo in contrarium ritum, salva semper Rubrica de votivis assignatis singulis diebus in fine Missalis. 16. Jan. 1627.
 61. Potest Episcopus cogere Canonicos, ut à Capellanis in Quadragesima cantari faciant cum Diacono, & Subdiacono. 17. Jul. 1627.
 62. Abrogatur omnis consuetudo non cantandi Missam de die ultra votivam, seu pro defunctis. 28. Aug. 1628.
 63. Si infra hebdomadam passionis occurrerint dies Infraoctavam apud privilegiatos, tam in Missa Conventuali de Feria, quam in privatis de Octava, vel etiam de eadem feria, omittenda est tertia Oratio *Ecclesiæ*, vel *pro Papa*. 22. Nov. 1659.
 64. Licet in illis Ecclesijs, in quibus adest in veterata consuetudo cantandi Missam votivam de Beata Maria singulis diebus Sabbati, possit hic pius usus, seu Populorum devotio continuari, etiam in Sabbatis festo duplici impeditis, non est tamen omittenda Missa Conventualis. 2. Dec. 1684.
 65. Sacerdos, qui celebrat Missam Conventualem, in qua chorus tenetur cantare symbolum, non potest illum prosequi eo tempore, quo à choro cantatur symbolum prædictum. 17. Dec. 1695.
 66. Non est faciendus altaris thurificatio in Missa Conventuali dierum solemnum, si absque cantu, & Ministris celebratur. 22. Jan. 1701.
 67. Qui sunt de gremio alicujus Ecclesiæ debent recitare officium, quod in choro dicitur. Et licet extra Ecclesiam, vel Diocesim morentur, decet eos recitare officium proprium Ecclesiæ ipsorum. 8. Sept. 1602.
 68. Clerici, licet adscripti alicui Ecclesiæ, & ejusdem servitio, non tamen obligati choro, & quicumque alij Clerici Saculares, Regularæve in Civitate, vel Diocesi commorantes, non tenentur recitare officia propria Sanctorum illius Diocesis, vel quæ de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in choro. 8. Sept. 1602.
 69. Episcopus Regularis debet officium recitare juxta ritum suæ Diocesis, non verò Regularæ. Et occurrente festo Re-

gu-

- gula in festo Diocesis, hoc erit præferendum. 11. Jun. 1605.
 70. Capellanus Episcopi, qui cum eo recitat officium, debet se illi conformare. 11. Jun. 1605.
 71. Intra clausuram omnino prohiberi debet celebratio Missæ, etiam ad communicandas infirmas, non obstante antiquissima consuetudine. 1. Dec. 1601.
 72. Abusus antiqui in processibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur. 11. Maji 1603.
 73. Septimum candelabrum adhibeatur in Missis tantum Episcopi solemnibus, sed non defunctorum. 19. Maji 1607.
 74. Anniversaria, & Missæ de Requiem, certo die dici debent: eo impedito transferri possunt in sequentem. 19. Maji 1614.
 75. In festo duplici non sunt dicendæ Missæ votivæ privatæ, aut de Requiem. 5. Aug. 1662. quod intelligendum est etiam de festo duplici translato.
 76. Non sunt transferendæ Missæ privatæ de Requiem, quæ ex benefactorum præscripto celebrandæ incidunt in festum duplex: sed dicendæ sunt de festo occurrente cum applicatione sacrificij, juxta mentem benefactorum. 5. Aug. 1662.
 77. Anniversaria, & Missæ de Requiem, quæ ex dispositione Testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ possunt cantari, etiam si ipsorum obitus dies incidit in festum duplex majus. 22. Nov. 1664.
 78. Missæ de festo duplici celebratæ in altari animabus perpetuo privilegiato, & in quo proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandæ essent Missæ de Requiem ex obligatione, suffragantur, ac si celebratæ fuissent pro defunctis juxta formam privilegiorum. 22. Jan. 1667.
 79. Sacerdotes, sive Capellani, sive non, qui recitant officium semiduplex, simplex, vel feriale, si celebrent in aliqua Ecclesia Regularium, in qua fit de festo duplici, non debent dicere Missam de Requiem. 9. Jun. 1668.
 80. Decretum, de quo supra num. 78, extenditur etiam ad altaria non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus: ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus privilegiata: ac proinde Missæ de festo duplici, quæ sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrantur, suffragantur, ac si celebratæ fuissent pro defunctis. 23. Sept. 1669.

Tom. 1.

81. Durante expositione SS. Sacramenti non potest regulariter celebrari Missa de Requiem: neque cantari pro adimplenda mente Testatoris, sive Anniversario satisfaciendo, licet currat officium hujusmodi Missas: admittens. 2. Dec. 1684.
 82. Cum primum habita fuerit notitia de obitu alicujus personæ, cantari poterit Missa de Requiem, etiam in festo duplici, quod non sit de præcepto: nam in hoc casu prædicta Missa erit differenda. 4. Maji 1686.
 83. Decreta superius posita num. 78. & 80. licet comprehendant tantum festa duplicia, intelligenda tamen sunt etiam de Dominicis, de diebus Infraoctavas Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, & Corporis Christi: & de omnibus alijs diebus, quibus juxta Rubricas non possunt celebrari Missæ Defunctorum. 2. Apr. 1688.
 84. In Vigilia Epiphaniæ omnino prohibentur Missæ votivæ privatæ, & de Requiem. 27. April. 1697.
 85. Cineres distribuendi in feria quarta post Dominicam Quinquagesimæ debent esse aridi, non verò in modum lutii. 23. Maji 1603.
 86. Si processio Litaniarum majorum terminetur ad Ecclesiam S. Marci, cantetur ibi Missa de S. Marco: non verò de Rogationibus. 23. Maji 1603.
 87. Vesperæ defunctorum pro prima die mensis possunt dici post Vesperas Dominicæ, vel festi. 23. Maji 1603.
 88. Assistentes Episcopo, licet minus digni, præferuntur omnibus alijs, & ante Dignitates thurificantur. 23. Maji 1603.
 89. Non tenentur omnes Canonici assistere Episcopo ab eo altari, in quo Missam planam celebravit, usque ad Sedem Episcopalem, si assistere voluerit Missæ Conventuali. 5. Jul. 1603.
 90. Consuetudo, ut Dignitates, & Canonici mitram, gremiale, baculum, thuribulum, & similia ministrant Episcopo est servanda. 5. Jul. 1603.
 91. Episcopus non debet in Ecclesia salutare Canonicos aperiendo caput, sed benedicendo manu. 10. Jan. 1604.
 92. Dignitates, quæ habent præbendas cum onere cantandi Evangelium, seu Epistolam, non tenentur ministrare inferioribus. 10. Jan. 1604.
 93. Si Episcopus interesse voluerit Horis Canonicis, statere debet certam adventus sui horam, qua elapso, poterit ischoari officium. 16. Jan. 1605.

Rit. 2.

94. Dia-

94. Diaconus, & Subdiaconus accipiunt pacem ab Episcopo celebrante, statim post Diaconos assistentes. 15. Mart. 1608.
97. Duorum Canonicoꝝ assistentia semper convenit Episcopo, sive celebret ipse, sive assitit Divinis. 10. Maj. 1608.
96. Dignitates tenentur associare Episcopum cum Canonicis ex debito, licet Ceremonial Episcoporum nominet tantum Canonicos: ubi non adsit contraria consuetudo. 10. Jan. 1609.
97. Archidiaconus non potest assistere Episcopo in habitu Prælatitio non choralis, licet sit Protonotarius. 6. Mart. 1610.
98. Canonici parati assistentes Episcopo præcedunt Vicarium Generalem, & sunt ante ipsum thurificandi. 6. Mart. 1610.
99. Canonici parati debent habere locum etiam à Decano. 26. Jun. 1610.
100. Canonici Missam celebrantes coram Episcopo non debent sedere in sede cum postergali, sed in scamno oblongo tapete, vel panno cooperto in latere Epistolæ. 19. Maji 1614.
101. Archidiaconus, si est prima Dignitas, debet facere officium Presbyteri assistentis. Si est Sacerdos, & recusans, cogendus est poenis, & censuris. 28. Maj. 1616.
102. Prima Dignitas debet assistere Episcopo celebranti, licet sit unica. 12. Decemb. 1610.
103. Solum Canonici debent facere consuetos circulos ante Episcopum, non autem Vicarius Generalis. 28. Sept. 1634.
104. Licet Episcopus non celebret, sed tantum assitit, Missa solemniter celebrans debet ad confessionem respondere Episcopo usque ad *Indulgentiam* inclusive, non vero simul cum illo dicere *In nomine Patris*. 4. Aug. 1663.
105. Ubi adit in verberata consuetudo recitandi in choro Psalmos Pœnitentiales feriis quintis Quadragesimalibus post Completorium, & Psalmos Graduales in feriis tertijs ejusdem temporis eodem loco retineri potest. 2. Aug. 1603.
106. Non est relinquendum officium debitum pro officio devotionis. 29. Nov. 1603.
107. In Ecclesia Collegiata exempta, præsentem uno Canonico cum Episcopo, & Abbate Collegiata ejusdem cum suis Canonicis, prius incensetur Canonicus, deinde Abbas. 7. Februar. 1607.
108. In eodem Palatio non conceditur, nisi unum Oratorium privatum. 4. Maj. 1604.
109. Non potest Abbas extra suam Eccle-

- siam uti mitra, & baculo: neque ea ante se deferre. 17. Jul. 1604.
110. Abbat celebranti unica tantum mitra conceditur. 29. Jan. 1628.
111. Missa solemniter Abbatialis ter in anno ad summum est canenda: non tamen cum septem, sed cum sex candelabris, & cum abaco parvo. 29. Jan. 1628.
112. Baldachinum Abbatiale sine auro sit, & ter in anno ad summum adhiberi potest. 29. Jan. 1628.
113. De licentia Ordinarij poterit Abbas uti mitra, & baculo extra proprias Ecclesias. 6. Dec. 1631.
114. Titulus antiquus Ecclesiæ mutari non potest à confraternitate. 26. Octob. 1604.
115. Missa ad satisfaciendum elemosinis alicui Ecclesiæ traditis non sunt celebranda per exteros, ubi commodè possunt satisfieri per Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ. 28. Jan. 1606.
116. Non potest Episcopus extendere ad suam Diocesim officium illud, quod fieri solet in Civitate. 16. Jan. 1607.
117. Gloria in Excelsis cum *Credo* omittitur in votivis pro gravi, si violenter adhibeantur paramenta. 19. Maj. 1607.
118. Res gravis pro licita votiva solemniter decantatione cum Gloria, & *Credo*, ea est, pro qua convenit totus Clerus cum Episcopo: vel apud Regulares in eorum Comitibus Generalibus, seu Provincialibus, cum cantatur Missa pro re eorumdem judicio gravi. 19. Maj. 1607.
119. Canonici Ecclesiæ Collegiatae non debent in processionibus incedere parati, sicut Canonici Cathedralis. 19. Maj. 1607.
120. Cereus Paschalis regulariter accendendus est ad Missas, & Vesperas solennes in triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, & in Dominicis usque ad Ascensionem: in alijs servanda est locorum consuetudo. 19. Maj. 1607.
121. Servanda est consuetudo, qua recitatur in choro Officium Parvum B. Virginis Mariæ in semiduplicibus, & Dominicis, non obstante Bulla S. Pij V. nam ibi dicitur: *sine præjudicio sanctæ consuetudinis*. 1. Sept. 1607.
122. Ad invitatorium, antiphonas, responsoria, & versiculos in Officio Parvo B. Mar. Virg. non additur *alleluja* tempore Paschali. 18. Mart. 1626.
123. Etiam mutato proprio Breviario, & Romano acceptato, retinenda est ea consuetudo recitandi quotidie Officium Parvum B. Y. Mariæ. 2. Jan. 1627.

124. In Ecclesijs Titularibus B. Mar. V. faciendi est in suffragijs Commemoratio de eadem B. Maria, non obstante quod in choro recitetur ejusdem Officium Parvum. 13. Jun. 1684.
125. Coadjutor Episcopi non sedet celebrans, nisi in falditorio: neque habet Diaconos assistentes, neque Canonici parantur, neque ponitur septimum candelabrum. 1. Sept. 1607.
126. Prædictus Episcopi coadjutor non utitur baculo, nisi in ordinationibus. 1. Sept. 1607.
127. Coadjutor Episcopi celebrans præter Diaconum, & Subdiaconum debet habere assistentem Canonicum pro libro. 7. Aug. 1627.
128. In altari privati Oratorii, cui conceditur celebratio Missæ, non potest tamen celebrari in Natali Domini, Epiphania, prima die Paschatis, & prima Pentecostes, Annuntiatione, Assumptione B. V. Mariæ, in festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, nec in solemnitate omnium Sanctorum. 17. Nov. 1607. quibus adde Sabbatum Sanctum.
129. Ecclesia Parochialis in Diocesi venit sub nomine Matricis, antequam idcirco, neque Regulares, neque Confratres possint campanas pulsare in Sabbato Sancto. 9. Febr. 1608.
130. Etiam si Collegiata habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, non tamen potest prius pulsare campanas in Sabbato Sancto. 23. Febr. 1619.
131. Simplex reconciliatio Ecclesiæ, seu Cameterij non consecrati, potest committi Presbytero in Dignitate constituto. 9. Febr. 1608. Imò simpliciter Sacerdoti juxta Rituale Romanum.
132. Prima Dignitas det candelam Episcopo in festo Purificationis B. V. M. & Episcopus det statim primæ Dignitati ante Vicarium Gen. 14. Jun. 1608.
133. Omnes de Clero, etiam Canonici, Eucharistiam sumant de manu celebrantis in feria quinta in Cœna Domini. 17. Sept. 1608.
134. Sacerdotes in diei Cœnæ Dominicæ Sanctissimum Christi Corpus sumpturi, possunt deferre stolam, vel ante pectus ad formam Crucis, vel à collo pendentem. 30. Sept. 1679.
135. Occurrente festo S. Josephi in feria quinta in Cœna Domini, antiquus mos communis Cleri, in Missa solemniter ejusdem diei summa Religione hæctenus retentus nullatenus omittatur ob aliquam celebrationem Missarum. 13. Sept. 1692.
136. Si festum S. Josephi venerit in feria quinta in Cœna Domini, non solum servandum erit præceptum vacandi ab operibus servilibus, sed etiam præceptum audiendi Missam, ideoque per Ordinarios locorum accurate providendum, ut eodie aliqua Missa privata ante celebrationem solita Missa Conventualis non desint. 13. Sept. 1692. Idem dicendum, si festum Annuntiationis occurrerit in prædicta feria quinta.
137. In choro teneri non debent aliæ Imagines, quam Sanctorum. 7. Aug. 1609.
138. Neque Abbates, neque Regularium Superiores possunt benedicere paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum. 24. Aug. 1609.
139. Neque simplices Sacerdotes, neque Protonotarij possunt benedicere proprias vestes. 17. Jul. 1627.
140. Commendatario, seu ejus Procuratori non defertur liber osculandus in Missa. 17. Sept. 1611.
141. Collegiata insignis ab ejus erectione præcedit alias Collegiatis antiquiores. 24. Mart. 1612.
142. Inferiores Episcopo non debent sumere de altari paramenta pro Missa. 7. Jul. 1612.
143. Altare portatile ligneum cum ara lapidea permitti debet non obstante Constitutione Synodali, dummodo habeat solum Reliquiarum repositorium. 1. Nov. 1612.
144. Solus Episcopus potest habere fenestras in Ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit. 19. Jan. 1614.
145. Potest Episcopus prohibere, ne campanæ nondum benedictæ, pulsentur. 5. Jul. 1614.
146. Non debent Regulares in Canone nominare Superiores suos, ut Antistes. 12. Nov. 1615.
147. Regularium Superiores non veniant sub nomine Ordinariorum, & consequenter non possunt assignare aliquam ex Dominicis Nov. pro recitatione Officij de Patrocinio B. V. M. quod multis in locis permittitur celebrandum in aliquo die Dominico illius mensis à locorum Ordinarijs eligendo. 22. Jan. 1701.
148. Clavis Hostiæ repositæ in feria quinta Cœnæ Dominicæ non est danda laico, quamvis nobili. 30. Jan. 1616.
149. Canonicus hebdomadarij officium faciens debet habere locum super omnes Dignitates, & Canonicos. 17. Jun. 1616.
150. Prima Sedes in Choro conceditur heb-

- helmodario parato tantum. 22. Aug. 1626.
151. Crux in processionibus deferenda est à Regularibus cum velo pendente, seu pallio. 14. Jan. 1617.
152. In personarum incensatione tota thurificatio facienda est cum unico thuribulo, si talis sit consuetudo. 21. Jul. 1618.
153. Collegiata simplex precedit Parochiales, etiam si antequam erigeretur, illis cederet. 23. Mart. 1619.
154. Canonici Ecclesiæ Cathedralis præcedunt Canonicos Collegiatae. 10. Aug. 1619.
155. Prior Collegiatae, si interfit in Cathedrali, thurificandus est duplici ductu, sicut Dignitates, & Canonici, licet non habeat præcedentiam super illos. 19. Aug. 1619.
156. Potest Episcopus cogere Canonicos ad discendum Cantum Gregorianum, etiam per subtractionem fructuum. 6. Maji 1620.
157. Regulares in celebratione Missæ possunt annuntiare dies festos, & jejunia in suis Ecclesijs. 2. Julij 1602.
158. In Oratione *A cunctis* nomina Patronorum, S. Michaelis Archangoli, & S. Joannis Baptistæ præponenda sunt Apostolis. 22. Aug. 1620.
159. Si in communibus Sanctorum suffragijs facienda sit commemoratio de Cruce, tamquam de Titulo Ecclesiæ, sufficiet ea ordinaria, quæ habetur in Psalterio, quando scilicet officium currat feriale. 30. Mart. 1621.
160. In feria sexta in Parasceve non est administranda Eucharistia, nisi infirmis. 19. Febr. 1622.
161. Celebrans in Parasceve mittat particulam in Calicem, neque se signet cum Calice. 28. Aug. 1627.
162. in Officio de festo Conceptionis B. Mariæ Virginis non aliud nomen adhibeat, quam Conceptionis. 24. Maji 1622.
163. Rubricæ de *Avæ Regina Cælorum*, additum est *ly inclusivæ*: ideoque in fine completorij dici secunda Februarij omnia Antiphona finali: *Alma Redemptoris*: dicenda est: *Avæ Regina Cælorum*. 27. Jul. 1624.
164. Licet transferatur festum Purificationis B. Virginis Mariæ, attamen *Avæ Regina Cælorum*, dicenda est die secunda Februarij post completorium, etiam in Ecclesia propria. 11. Jan. 1681.
165. Regulares Ordinis Minimorum, dum

- inominant in orationibus, versibus, cæterisque actibus inter Divina officia occurrentibus, S. Franciscum prædicti Ordinis fundatorem, non debent adungere *ly de Paula*. 23. Dec. 1624. Unde apparet, quid in similibus fit faciendum.
166. Symbolum S. Athanasij, quod dicitur ad Primam, laudabilis in Choro recitatur stando. 23. Dec. 1624.
167. Imagines illorum, qui cum sanctitatis, seu martyrii fama decesserunt, non sunt apponendæ in Oratorijs, vel Ecclesijs, tam Sæcularibus, quam Regularibus, antequam declarentur Beati; neque ad eorum sepulchra accendendæ sunt lampades: aut tabellæ affigendæ sine licentia Sedis Apostolicæ. 13. Mart. 1625.
168. Non ideo præjudicandum erit in aliquo illis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis Cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij coluntur. 13. Mart. 1625.
169. Facultas concedendi usum pileoli in Missa spectat ad Papam. 14. Aprilis 1626.
170. Celebrans, qui distribuit Cineres, candelas, & ramos, detecto capite distribuat. 18. Julij 1626.
171. Absente Episcopo benedictiones candelarum Cinerum, palmarum, & fontis fiant ab eo, qui cantaturus est Missam. 12. Jun. 1627.
172. Ille idem, qui benedicit Cineres prima die Quadragesimæ, vel candelas in festo Purificationis, aut ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare Missam sequentem. 11. Aprilis 1640.
173. Candelæ, cineres, palmæ distribuuntur stando cum mitra in capite ab eo, qui privilegium habet eam gestandi. 18. Febr. 1650.
174. In Missa feriæ quarta quatuor Temporum occurrentis in die Octava Nativitatis B. Virginis Mariæ dicenda est Præfatio communis, non verò de B. Maria. 12. Decemb. 1626.
175. Signum, quod fit cum patena à fronte ad pectus fit integrè cum signo Crucis. 13. Mart. 1627.
176. Ad Missam Vicarij Generalis non debent accendi quatuor candelæ, nec assistere duo Capellani. 7. Aug. 1627.
177. Infraoctavam Epiphaniæ, Paschatis, & Pentecostes, necnon in feria quarta

- Cinerum, in hebdomada majore, in Dominicis, & in Vigilijs Nativitatis Domini, & Pentecostes, non possunt dici votivæ Missæ privatæ, neque de Requiem. 28. Aug. 1627.
178. Si festa SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi, ac Inventionis S. Crucis occurrerint Infraoctavam Ascensionis Præfatio in Missa erit de Apostolis, vel de Cruce; ac *Communicantes* de Ascensione. 28. Aug. 1627. Idem dicendum de alijs festis, ac de Missis votivis propriam habentibus Præfationem, & infra eandem Octavam celebrandis, sicut & hoc prorsus servandum Infraoctavam Epiphaniæ.
179. Oratio imperata à Superiore, veluti *Deus refugium* omittenda est in duplicibus primæ classis. 28. Aug. 1627. Roma omittitur etiam in festis secundæ classis.
180. In fine Missæ ad quodcumque altare celebratæ fit reverentia Cruci infra gradus, capite semper aperto. 28. Augusti 1627.
181. Vicarius, ut Vicarius non potest absente Episcopo Missas cantare solemnes: SS. Sacramentum, aut Sacras Reliquias paratus deferre, nec alijs se immiscere functionibus Ecclesiasticis: sed tantum præesse, ut omnia suo ordine fiant. 19. Sept. 1627.
182. Si Litaniam majores occurrerint in die Sancto Paschatis, transferantur in feriam tertiam sequentem. 25. Sept. 1627.
183. In Ecclesijs Regularium habentium claustra fiant processiones intra claustra tantum: si verò non habeant claustra fiant propè muros Ecclesiæ, sive exeundo ab una porta, & intrando per aliam Ecclesiæ portam, sive per eandem. 26. Febr. 1628.
184. Extra ambitum Ecclesiæ non licet Regularibus facere processiones, nisi de licentia, & consensu Parochi: salvis privilegijs, & consuetudinibus, si quæ sunt. 26. Febr. 1628.
185. Officium fit duplex minus de illo Sancto, cujus habetur Reliquia insignis, scilicet, caput, brachium, crus, vel ea pars corporis, in qua passus est Martyr, dummodo sit integra, & non parva: & dummodo sit approbata, cujus ratione recitandum est symbolum in Missa. 8. April. 1628.
186. Festum, quod in aliqua Ecclesia celebratur ratione corporis, vel insignis Reliquiæ, non habet Octavam, nisi specialiter concedatur à Sede Apostolica. 12. Aug. 1653.
187. Qui recitat officium de Santo, de quo habet insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebret eo die in alia Ecclesia, debet omittere *Credo*. 2. Dec. 1684.
188. De Sancto, cujus habetur corpus, vel insignis Reliquia, non potest fieri officium, nisi constet de identitate, & nisi reperiat in Martyrologio Romano. Reliquiæ verò à locorum Ordinarijs approbatæ, possunt exponi ad fidelium venerationem. 19. Oct. 1691.
189. Missæ de SS. Rosario, de Monte Carmelo, Ordinibus Prædicatorum, & Carmelitarum respective specialiter concessæ, non sunt ab alijs celebrandæ sine speciali licentia. 8. April. 1628.
190. Missa de SS. Rosario potest quidem dici à Sæcularibus, sed ut in festo ad Nives, cum oratione propria, quæ apponi solet in calce Missalis. 29. Octob. 1678.
191. In illa Ecclesia, ubi inest Capella, vel Altare SS. Rosarij potest celebrari officium de eodem SS. Rosario sub ritu duplici majori in Dominica, quæ vel occurrit in Kalendis, vel prima post Kalendas Octobris. 23. Sept. 1688.
192. Non possunt locorum Ordinarij tam Sæculares, quam Regulares addere Kalendarijs, etiam proprijs sanctorum officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarij Romani Rubricis, vel Sacrorum Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur. 8. April. 1628.
193. Non est celebranda per totam Civitatem, vel Diocesim Missa, nec recitandum officium de Sancto, eo quod in loco adsit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel etiam Abbatis, aut aliqua insignis Reliquia: sed tantum in propria Ecclesia, nisi habeatur specialis licentia. 8. April. 1628.
194. Officium defunctorum dici potest in Choro separatim ab officio dici in diebus exceptis à Breviario pro adimplenda Testatorum voluntate. 12. Junij 1628.
195. In Sacramentorum administratione ne adhibeant Canonici rochetum, & cappam, si ijs utuntur in Choro, sed coram, & stolam. 12. Jun. 1628.
196. Canonici Regulares possunt in publicis processionibus uti rocheto, & superpelliceo. 28. Aug. 1628.
197. De titulis Altarium, nisi sint in Kalen-

198. Annuli usus in Missa prohibetur. Pro notariis non participantibus, Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium. 20. Nov. 1628.

199. Possunt Canonici Missam celebrare cum annulo aureo, & de rigore uti sine sine gemma, & sine aliqua effigie. 4. Aug. 1663.

200. Solemniter consuevisse fieri officium significat festum Populi, aut Cleri cum apparatu. 9. Decemb. 1628.

201. De Sancto canonizato non potest fieri officium extra propriam Ecclesiam sine novo Decreto. 9. Dec. 1628.

202. Officium cum Missa B. Rochi in ejus die festo conceditur tantum in Ecclesijs in ejusdem honorem Deo dicatis, nisi aliud permittatur. 26. Nov. 1629.

203. Non possunt eligi in Patronos, nisi illi solum, qui ab Ecclesia universalis sub titulo Sanctorum coluntur, non autem beatificati duntaxat. 23. Mart. 1630.

204. Electio de Patrono Civitatis fieri debet per secreta suffragia à Populo mediante Concilio generali solum: & accedere debet consensus Episcopi, & Cleri illius loci. 23. Mart. 1630.

205. Idem servandum in Patrono Regni, qui pariter eligendus erit per secreta suffragia à Populo singularum Civitatum Provincia. 23. Mart. 1630.

206. Representantibus Regnum, Civitatem, Provinciam nulla competit facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictorum Civitatum. 22. Mart. 1630.

207. Causa electionis novorum Patronorum deducenda sunt in Sacra Congregatione, & ab eadem examinanda: ac illandem causa cognita ab eadem Congregatione approbanda est, & confirmanda. 23. Mart. 1630.

208. Si in locis Diocesis nullus reperitur electus Patronus, tenetur Diocesis non solum ad festum de Patrono Civitatis, sed etiam ad octavam. 28. Sept. 1658.

209. In Patronorum, sive Protectorum precedencia servandus est ordo Hierarchiae Ecclesiasticae: & inter ordinem Hierarchicum anterioritas in electione. 12. Mart. 1690.

210. Non sunt inferendi in Litanis alij Sancti, praeter ibi descriptos: neque tempore pelis addendi sunt Titulares, & Civitatis Patroni sine speciali concessione. 23. Mart. 1631.

211. Qui praetimore, vel balbutie non pronuntiat Evangelium S. Joannis, quod legitur in fine Missae, seu ejus loco aliud suo arbitratu recitat, suspendendus est à Missarum celebratione, quousque illud rite pronuntiare assuecit. 5. Jul. 1631.

212. Pyxis, in qua aservata fuit Eucharistia non potest vendi, vel pignorari. 27. Aug. 1632.

213. Canonici in processione intra Ecclesiam, incedant capite deorsum: & extra eam cum birreto in capite. 30. Mart. 1633.

214. Ubi non est Aurora physice prolata Missarum celebratione, attendatur ea moraliter, & politice: quando scilicet ibi terminari solet quietes, & inchoari labor juxta probatam Regionum consuetudinem. 18. Sept. 1634.

215. In Calendarijs locorum fiat nota, ad libitum, quando officia non sunt de praecipuo. 6. Febr. 1638.

216. Festa ad libitum occurrentia in diebus Dominicis, Octavis, & Natalijs Sanctorum alicujus Diocesis, vel Religionis sunt omittenda. 24. Jan. 1682.

217. Officia ad libitum occurrentia eodie, in quo alias aliquod festum translatum poni deberet, vel in quo agendum esset officium concessum semel in hebdomada, vel in mense, possunt celebrari, protracto ulterius ad aliam diem festo translato, vel omisso officio per hebdomadam, aut per mensem concessio. 24. Jan. 1682.

218. Si festum ad libitum non poterit celebrari, & habuerit etiam ritum simplicem de praecipuo, eo anno non omitatur, sed celebretur ritu simplici. 13. Jun. 1682.

219. In occursum non potest transferri officium proprium alicujus Diocesis, vel Religionis, ut eo die agatur de festo ad libitum, ne omitatur. 2. Decemb. 1684.

220. Officia ad libitum occurrentia infra octavas non privilegatas, etiam particularis alicujus Diocesis, vel Religionis non sunt celebranda, sed omittenda. 19. Jan. 1693.

221. Non licet in media nocte Nativitatis Dominica celebrare successively alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhibere fidelibus illam depositibus, sed utrumque omnino prohibetur. 7. Dec. 1641.

222. Festum de Patrono principaliori loci est praecipuum cum obligatione audien-

diendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus. 13. Sept. 1642.

223. Persona tantum voventes tenentur servare festa veluti de praecipuo, quae inducta sunt ex voto. 8. April. 1643.

224. Regulares, qui sunt in possessione praecedentiae praecedant in publicis functionibus: & ubi non constat ex possessione praecedant hi, qui sunt antiquiores in loco conventus. 6. Oct. 1645.

225. Organum haberi debet etiam in Ecclesijs Collegiatis. 27. Jul. 1646.

226. Non sunt ex organo faciendae conciones, maxime ubi habetur solius pulpitis. 25. Octob. 1601.

227. Nemo potest excedere limites verbales indultorum Sedis Apostolicae super Beatificationibus: praesertim in celebratione Missarum, & officij cum octavis sine expressa licentia praedictae Sedis Apostolicae. 5. Octob. 1652.

228. Beatorum nomina non apponantur in Calendarijs, nisi illius tantum loci, earumque personarum, in quo, & à quibus cultus cum officio, & Missa celebratur. 27. Sept. 1659.

229. Non sunt invocandi Beati in publicis praecipuis praeter indulgas, & approbatas: nec eorum Reliquiae in processionibus circumferendae. 27. Sept. 1659.

230. Licet non sint celebrandi dies festi in Beatorum honorem, hoc tamen non extenditur ad festa devotionis. 27. April. 1660.

231. Indulta recitandi officium cum Octava, & celebrandi Missam de Beatis non sunt revocata per Decretum editum sub die 27. Sept. 1656. Decretum hoc est. 17. April. 1660.

232. In alijs Ecclesijs, in quibus officium, & Missa de Beatis recitari, & respective celebrari possunt, licet eorum Reliquias exponere, imagines, vel simulacra super Altari collocare, ac votivas tabellas ibidem appendere. 17. April. 1660.

233. Episcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apostolicae gaudent privilegijs suae Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de Beatis suae Religionis recitare officium, & in proprijs Cathedralibus Missam celebrare, & altare praedictis Beatis erigere. 17. April. 1660.

234. In Missis de Beatis non est dicendum Symbolum, ubi scilicet est permessa hujusmodi celebratio. 22. Jul. 1664. nisi addit Reliquia.

235. Tam Minores Conventuales, quam Observantes Reformati S. Francisci pos-

sunt in proprijs suorum Ordinum Ecclesijs solemnizare festum S. Antonij Patavini ea ipsa die, in quam incidit: dummodo Reformati à processionibus abstineant eodem loco. 20. Sept. 1659.

236. Nullo modo sunt permittendae duae processiones in eodem loco, eodem die. 9. Aprilis 1663.

237. Non licet in Ecclesijs, in quibus non aservatur SS. Sacramentum, celebratio Missae in feria quinta in Coena Domini: nec ejusdem Augustissimi Sacramenti aservatio in Sepulchro. 24. Jun. 1659.

238. Manus Sacerdotis ad hanc igitur oblationem, debent ita extendi, ut palmae sint apertae, pollice dextero super sinistrum in modum Crucis supra manus, non vero infra manus. 4. Aug. 1663.

239. Passio in hebdomada majori legendae in Missis privatis in cornu Evangelij, licet in Missa solemni legatur à celebrante in cornu Epistolae. 4. August. 1663.

240. Non solum Cruces, & Imagines Salvatoris, sed etiam icones altarium, & omnes aliae Imagines Sanctorum tegendae sunt in primis Vesperis de Dominica Passionis. 4. Aug. 1663.

241. Hebdomadarii in cantandis Horis Canonicis non debet uti stola. 4. Aug. 1663.

242. Cruces, quae fiunt à Sacerdote super oblata, non sunt faciendae manu transversa, sed manu recta in transversa parte Crucis. 4. Aug. 1663.

243. Pars inferior Hostiae, non autem superior praedenda est, quando dicitur Pax Domini sit semper vobiscum. 4. Aug. 1663.

244. Sacrificia in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum possunt applicari ad libitum: scilicet in genere pro omnibus, tum in specie pro aliquibus defunctis. 4. Aug. 1663.

245. Lectiones primi Nocturni in Officio de festo duplici majori, sumendae sunt (nisi sint propter) ex ejus communi: non vero ex scriptura occurrente. 12. Jul. 1664. licet occurrat initium.

246. Dedicatio Apostolorum, & Salvatoris, extra urbem, non habet integras Vesperas, si die praecedenti, vel sequenti celebretur Officium duplex minus. 12. Jul. 1664. Idem dicendum de die Octava Dedicacionis.

247. Dies Octava non privilegiata dimidiat Vesperas in occurrentia cum festo minori. 12. Jul. 1664.

248. Si transferatur festum S. Luciae in feriam

- riam secundam ratione Dominicæ privilegiatæ, Vesperæ erunt de die Octava Conceptionis cum Commemoratione S. Lucie. 1. Mart. 1681.
249. Quæcumque dies Octava B. V. Mariæ debet habere integras utraq; Vesperas in concurrentia cum festo duplici minori. 17. Aug. 1691.
250. Primæ, & secundæ Vesperæ Angelorum Custodum dividendæ sunt à Capitulo, si concurrant cum festo duplici minori. 27. Septemb. 1698.
251. Non permittitur ad altare majus celebratio Missæ, dum dicuntur in Choro matutinam, & horæ. 15. Sept. 1664.
252. Ad Octavam benedictionem in festo Conversionis S. Pauli Ap. non dicitur: *Cujus Conversionem colimus*: sed *cujus festum*. 23. Febr. 1666. Patet hinc, quid sit faciendum in Officijs Translationis, Apparitionis, Ordinationis, vel Inventionis aut similibus.
253. Ubi celebratur festum S. Raphaelis Archangeli, ad Octavam benedictionem dicitur: *cujus festum*: non verò, *quorum festum*. 13. Sept. 1692.
254. Si simul sint transferenda festa S. Marci Evangelistæ, & SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi prius reponatur festum S. Marci, deinde festum Apostolorum. 18. Sept. 1666.
255. Festum duplex occurrens ante Octavam non privilegiatam non est transferendum post Octavam; sed infra eandem celebrandum, prima die non impedita. 30. Sept. 1679.
256. Officium particulare alicujus Diocesis, vel Religionis, quod occurrit die vigesima quinta Februarij, est transferendum in anno Bisfestili ad primam diem non impeditam: dummodo non sit duplex primæ classis. 7. Sept. 1680.
257. Officium semiduplex, quod occurrit in Dominica Infraoctavam non privilegiatam non est celebrandum in feria secunda sequenti, licet non impedita, si habeatur reponendum aliud festum altioris ritus. 1. Mart. 1681.
258. In repositione duorum, vel plurium festorum ritum habentium eundem, & die occurrentium diversa attendatur prioritas translationis, nisi attendenda sit major Dignitas. 13. Jun. 1682.
259. Si plura sint transferenda festa, quæ eadem die occurrunt, & quibus non convenit ratio majoris dignitatis, attendatur in eorum repositione major apparatus, vel Populi concursus: ex quo vocatur, etiam major solemnitas, sup-

posito tamen, quod sint ejusdem ritus. 20. Julij 1686.

260. Non est transferendum in diem immediatè sequentem festum illud, ante cujus translationem habeatur reponenda alia Officia prius translata ejusdem ritus, non obstante Decreto edito sub die 30. Sept. 1679. quoad verò festum semiduplex in Dominica Infraoctavam occurrens, omnino servanda est Rubrica generalis Breviarj de Translatione festorum. n. 5. Decretum hoc est. 22. Dec. 1696.
261. Si occurrerint, vel fuerint transferenda duo festa ejusdem ritus, quæ unica die occurrerent, quorum unum sit universale, & alterum particulare alicujus Diocesis, vel Religionis, prius fiat de universali, deinde de particulari: nisi obster ratio majoris dignitatis. 17. Sept. 1698.
262. Ad responsorium breve Completorij in Dominica Passionis, ne omittatur. *Gloria Patri*, si die sequenti fiat de festo semiduplici. 18. Sept. 1666.
263. Si festum duplex, de quo agunt Regulares (sub quo nomine etiam veniunt Moniales) haberit Missam propriam omnibus, & solis Regularibus concessam, Sacerdotes Sæculares celebrantes in eadem Ecclesia Regularium, Missam quidem dicant de festo duplici, sed cum Missali Romano ex Decreto Sac. Rit. Congreg. Nov. 1622. Decretum hoc. 9. Jun. 1668.
264. Si Moniales non habeant Missam à Romano diversum, Sacerdotes in earum Ecclesijs celebraturi, possunt dicere proprias Missas ipsi Monialibus concessas. 27. Aug. 1672.
265. Conceditur omnibus Monialibus Ordinis Cisterciensis, quæ utuntur Breviario Romano, ut adaptare possint juxta ritum prædicti Breviarj Romani plura officia una cum Missis proprijs anno proximè præterito sub die 9. Dec. tori Ordini Cisterciensi concessa, eaque sic accomodata faciant typis imprimi. Necnon secundum easdem festivitates valeant celebrari facere Missas per Capellanos earundem servitio addictos, cum Missali Romano, & juxta illius Rubricas. 23. Jun. 1703.
266. In Missis votivis privatis non est dicendus hymnus Angelicus, nisi fuerit Missa Angelorum, in qua quotidie est recitandus: vel Missa de B. Maria, in qua quolibet Sabbato dici debet. 14. Maij 1672.

Clau-

267. Clausula posita in Brevibus Indulgentiarum, scilicet: *Volumus autem ut si alias Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, præsentis litteræ nullæ sint*: non comprehendit altaria privilegiata pro defunctis. 23. Jun. 1676.
268. Sub generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit anno Jubilæi, non comprehenduntur altaria privilegiata, nec alia Indulgentia pro solis defunctis concessa. 24. Jan. 1700.
269. In asperione aquæ benedictæ, quæ diebus Dominicis sit à Sacerdote Alba, & Stola induto, vel etiam cum pluviali, immediatè celebratur Missam Conventualem, Stola aptanda est ante pectus admodum Crucis, non verò pendens à collo ad utrumque latus. 30. Sept. 1679.
270. Missa assignata felicitati Conceptionis B. V. M. non est dicenda in Sabbatis, ut votiva. 30. Sept. 1679.
271. Si occurrat Officium novem lectionum de pluribus Virginitibus simul, & Martyribus eodem die, quo cadit festum simplex ejusdem qualitatis, servanda est pro Commemoratione simplici Antiphona: *Istorum est enim*. 7. Dec. 1680.
272. Officia Sanctorum, quæ alicubi supersunt de mense Decembris, transferri possunt in annum sequentem. 7. Dec. 1620.
273. Officia concessa semel in hebdomada non sunt celebranda in Adventu, Quadragesima, Quatuor temporibus, nec in Vigilijs, nisi aliter in concessione exprimitur. 1. Mart. 1681.
274. Ubi festum S. Thomæ Episcopi, & Martyris celebratur sub ritu duplici, si occurrit in eo Dominica, die sequenti fiat Officium de die Infraoctavam Nativitatis Domini. 1. Martij 1681.
275. Quotiescumque in Sabbato ante Dominicam privilegiatam Officium fuerit de septima die infra aliquam Octavam, Psalmi Vesperarum erunt de Plalterio, Capitulum de Dominica sequenti, cum sola Commemoratione de die Octava. 1. Mart. 1681.
276. In processionibus Candelarum, Palmarum, & similibus, quæ fiunt intra Ecclesias, sine Sacramento, non est pulsanda campanula ad elevationem SS. Corporis Christi in Missa privata. Quod si pulsatur, & ad vertatur elevatio, tunc genuflectendum utroque genu à transeuntibus ante altare, ubi Missa cele-

Tom. I.

bratur, & deposito SS. Sacramento progrediendum. Similiter si aliqui transeant in elevatione Calicis. 1. Mart. 1681.

277. Qui habent privilegia celebrandi Octavas in Quadragesima, non ideo debent facere Commemorationem in feria quarta Cinerum. 24. Jan. 1682.
278. Si in Quadragesima Officium occurrerit Infraoctavam debent prædicti privilegiati dicere Missam Conventualem de feria cum Commemoratione Octavæ. Missa verò privata dici possunt de Octava cum commemoratione feriae, ut præscribit Rubrica Missalis. Tit. 3. de feria, & Vigilia n. 2. Decretum est. 24. Jan. 1682.
279. Regulares non tenentur recitare Officia de Patronis minus principalibus, nisi sint descripta in Calendario Romano, vel in proprio dictorum Religiosorum. 24. Jan. 1682.
280. Regulares tenentur quidem celebrare sub ritu duplici primæ classis festum de de Patrono principali loci, Regni, seu Provinciae, & de Titulari Ecclesiæ Cathedralis: sed ad eorum Octavas non tenentur. 20. Mart. 1683.
281. Si festum S. Confessoris transferatur in proximè sequentem diem, in Hymno, *Iste Confessor*, nulla fiat mutatio Verticuli: sed dicatur: *meruit beatas*, dummodo primæ Vesperæ non sint impeditæ. 13. Jan. 1683.
282. Translato festo S. Confessoris ultra sequentem diem, in Hymno *Iste Confessor* faciendæ est mutatio Verticuli, dicendo: *meruit supremos*. 14. Jun. 1692.
283. Officia afixa diebus Dominicis, ut de Patrocino B. V. M. si sint impedita festo altioris ritus, vel dignitatis sunt omittenda. 20. Martij. 1683.
284. Officium Nominis B. V. M. occurrens in festo Exaltationis Sanctæ Crucis, vel in alio altioris ritus, aut dignitatis, transferatur, non verò omittatur. 20. Jul. 1686. Si concedatur pro aliquo festo ritus duplex, sine expressione majoris, vel minoris, concessio intelligatur de duplici minori, etiam ad honorem Deiparæ facta fuerit. 20. Nov. 1683.
285. In festo Nominis B. V. M. non est faciendæ Commemoratio de ejusdem Nativitate. Et in secundis Vesperis de Nativitate cadentibus in Sabbato non est faciendæ Commemoratio de prædicto Nominis. 20. Sept. 1684.
286. Si Officium Nominis B. V. M. venerit in Octava Nativitatis ejusdem, Officium

Missæ

clau-

- cium erit de Nomine, omiffa in utrifque Vesperis, & Laudibus Commemoratione de prædicto die octavo Nativitatis. 15. Sept. 1685.
287. Sola ratione SS. Sacramenti expositi non est dicendum Symbolum in Miffis privatis. 2. Dec. 1684.
288. Potest fieri commemoratio de SS. Sacramento, si expositum fit, etiam in Miffa de fefto duplici, quod non fit primæ, vel secundæ claffis. 2. Dec. 1684.
289. Qui celebrat Miffam de B. Maria eo die, quo fit de aliquo fefto femiduplici Infraoctavam, ejuſdem B. Mariæ, debet dicere Miffam de Octava: sed more votivo sine Gloria, & sine Credo nisi fuerit Sabbatum: quia tunc dicendum erit Gloria sine Credo. 2. Dec. 1684.
290. Qui in Sabbato recitat Officium de B. Maria, si celebret votivam de aliquo Sancto non debet dicere Gloria, neque Præfationem B. Mariæ. 2. Dec. 1684.
291. Non est omitenda una ex assignatis Orationibus in Miffali, velut, *A cunctis*, ut ejuſdem loco dicatur aliqua oratio imperata ab Epifcopo, veluti, *Deus refugium*: neque ut recitetur penultimo loco oratio pro defunctis. 2. Dec. 1684.
292. Quando dicitur Oratio, *A cunctis*, vel *Eccleſie*, non est dicenda Oratio contra Paganos, vel alia hujusmodi: quia ſufficienter una continet quod & altera. 16. April. 1688.
293. Quando dicitur collecta, vel Miffa contra Paganos, non potest mutari nomen Paganorum, dicendo, Turcarum, Hæreticorum, &c. 29. Jul. 1689.
294. Si in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum occurrerit Dominica, vel alicubi feſtum de præcepto diei Dominico æquale, Officium cum Miffa defunctorum transferatur in ſequentem diem, etiam feſto duplici im-peditum. 5. Oct. 1682.
295. In Sabbato Sancto omnino prohibentur Miffæ private, etiam poſt pulſationem campanarum in quacumque Eccleſia, aut Oratorio privato, non obſtante contraria conſuetudine. 11. Febr. & 11. Mart. 1690.
296. Si feſtum Annuntiationis B. Virginis Mariæ occurrerit in feria ſexta in Paraſceve, vel in Sabbato Sancto, transferatur ejus Officium una cum præcepto audiendi Miffam, & vacandi ab operibus ſervilibus ad feriam ſecundam poſt Dominicam in Albis: protracto ad aliam diem feſto in eo occurrente: niſi fuerit duplex primæ claffis. 11. Martij. 1690.

- Notandum 1. quod ſi alicubi in præſcripta feria ſecunda occurreret duplex primæ claffis, ibidemque Annuntiatione celebraretur ſub eodem ritu, adhuc duplex illud eſſet transferendum, & celebranda Annuntiatione. Notandum 2. quod licet Annuntiatione ſit ſecundæ claffis, ſi tamen haberetur reponendum Officium primæ claffis, nihilominus in prædicto caſu eſſet agendum de Annuntiatione. Notandum 3. quod protracta ulterius Annuntiatione ob feſtum altioris ritus in eo occurrens, non ideo protrahenda obligatio audiendi Miffam, & vacandi ab operibus ſervilibus.
297. Si ſimul transferenda ſint feſta S. Joſephi, & Annuntiationis, prius reponatur Annuntiatione: deinde S. Joſephi, non obſtante Decreto edicto in contrarium ſub die 12. Junij 1682. Decretum eſt, 14. Junij 1692.
298. Translato feſto, in cujus die conceditur indulgentia, non transferatur etiam indulgentia, niſi ex conceſſione ſpeciali. 10. Jun. 1690.
299. Si primæ Vesperæ de S. Martina impeditæ fuerint feſto duplici, vel Dominica, Hymnus proprius Vesperarum uniatuſ Hymno Matutini, & ex duobus fiat unus ſub unica conſeſſione: à nobis abigat. 26. April. 1692.
300. Ubi die decimaoctava Decembris celebratur officium de Expectatione B. Virginis M. omitenda ſunt ad Laudes antiphonæ illæ, quæ occurrunt in illa feria in proprio de tempore. 12. Maji 1692.
301. Si prædictum feſtum Expectationis venerit in feria quarta quatuor Temporum, nec erit dicenda nona lectio in officio, nec legendum ejus Evangelium in fine Miffæ: ſed illud S. Joannis: ideoque de feria ſola fiat Commemoratio in Officio, & in Miffa. 12. Maji 1692.
302. A die decimaſeptima Decembris incluſive uſque ad Vigiliam Nativitatis excluſive, fieri poteſt quodcumque officium novem lectionum, ſive occurrens, ſive etiam translatum. 17. Maji 1692.
303. Si feſtum de ſeptem doloribus B. V. Mariæ, quod multis in locis celebratur feria ſexta poſt Dominicam Paſſionis, impediatur ab officio majoris ritus, vel dignitatis, transferatur in Sabbatum ſequens non impeditum, & non ulterius. 26. Febr. 1693.
304. Si Vigilia S. Mathiæ occurrerit ultima die Ba. chanalium, obſervetur eadem

- dem die jſjunium, non verò anticipetur. 23. Jan. 1694.
305. Evangelium pro ſolemni Palmarum benedictione canendum eſt in cornu Epifcopale ab illo, qui celebrat, abſque Diacono, & Subdiacono. 27. April. 1697.
306. Ubi oratio quadraginta horarum ſuit ob tumultus bellicos intermiſſa, debet reſtitui. 15. April. 1603.
307. Feſta duplicia, & femiduplicia translata præferenda ſunt officio S. Benedicti ſemel in hebdomada conceſſo. 8. Febr. 1699.
308. Regulare obtenta à locorum Ordinarijs licentia ore tenus, vel in ſcriptis faciendi ſolemnes proceſſiones extra limites Conventuum ſuæ Religionis cum Statu, aut Reliquia alicujus Sancti, poſſunt uti pluviali, licet ejus uſus non fuerit expreſſus in licentia obtenta. 21. Mar. 1699.
309. Uſus pluvialis in proceſſionibus ſolem-nibus non eſt teſtimonium, nec ſignum juſdictionis in utente Sacerdote. 21. Mart. 1699.
310. In paramentis nigris non eſt adminiſtranda Euchariftia. 22. Jan. 1701.
311. Quando exponuntur Reliquiæ, ultra lampadem, debent continuo ardere in Altari duo lumina: alias non exponantur. 22. Jan. 1701.
312. Sacerdos in ſacrificio Miffæ congruentius utitur cingulo lineo, quam ſerico. 22. Jan. 1701.
313. In ſacrificio Miffæ non eſt adhibenda palla drappo ſerico à parte ſuperiori cooperta. 22. Jan. 1701.
314. Temporis præſcriptio ad recitandum in Choro Divinum Officium ab Ordinario cum duobus, vel tribus Deputatis à Capitulo diverſimodè fieri debet, ſecundum diverſa anni tempora: & adnotari in tabella apponenda in Sacriſtia. 17. Aug. 1595.
315. Ubi Canonici ſunt pauci, Dignitates etiam accedere tenentur ad Legille, & cantare ſicuti alij. 20. Aug. 1601.
316. Cum antiphonæ præintonantur, omnes ab utroque latere Chori, etiam Canonici furgere debent, juxta ceremoniale, non obſtante conſuetudine. 23. Mart. 1602.
317. Miffa Conventualis in feſtis dicenda eſt tempore æſtivo hora decimaquarta: tempore vero hyemali hora decimaſeptima, in Frijs autem poteſt dici paulo citius: modo non valde diluculo. 27. Jul. 1602.
318. Qui deſtinatus fuerit ad regendum Chorum, non eſt dimovendus à Choro, ut aſſiſtat Epifcopo. 6. Sept. 1603.
319. Accenſis ſuo tempore candelis, non differtur officium, licet abſit Hebdomadarius: ſed juſſu majoris ſuppleat alius. 18. April. 1617.
320. Ad majorem in Choro ſpectat intonare initium officij per *Pater noſter*. Et idem, eo finito, dabit ſignum, ut incipiatur hora. 18. April. 1617.
321. Dicitur major in Choro dicit: *Dies, & ætus, &c. Noctem quietam, &c. Benedicat, & cuſtodiat, &c.* ac etiam *Dominus det nobis ſuam pacem*: niſi alia ſit conſuetudo. 18. April. 1617.
322. Nemo exeat de Choro, etiam expleto officio, niſi dato à majore ſignofinis. 18. April. 1617.
323. In Eccleſia SS. Nazarij, & Ceſſi transferatur feſtum SS. Victoris, & Innocentij ſub ritu ſemiduplici poſt Octavam de Communi plurimorum Martyrum cum Evangelio, ut in die, & oratione propria, in qua omittantur Socij. 12. Febr. 1633.
324. Tolerandum, quod Canonici tribus menſibus anni frigidioribus recitent diebus ſerialibus Matutinum in Sacriſtia. 13. Sept. 1614.
325. Magiſter caremoniarum tenetur perſonaliter ſignificare Epifcopo, quando debeat ad Eccleſiam accedere pro functionibus Epifcopalibus. 3. Oct. 1642.
326. Canonici Lateranenſes extra Urbem exiſtentes, licet poſint, & valeant celebrare officia Sanctorum, quorum Reliquiæ in Baſilica Lateranenſi reperiuntur, non ideo in Miffa dicere debent *Credo*. 2. Dec. 1684.
327. Licet Rituale dicat, quod poſt abſolutionem, quæ fit ſuper cadaver in die obitus, vel ſuper tumulum in Anniverſario, dicto *V. Requieſcant in pace*, ſubjungi debet, animæ ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace: nihil tamen addendum ſuper leſticam, ſeu Caſtrum doloris in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum. 2. Dec. 1684.
328. Officium ſemiduplex in Dominica Infraoctavam occurrens tantum habet juris in feria ſecunda immEDIATE ſequenti non impedita (juxta ea, quæ dixi ſupra n. 260.) ut non cedat duplici primæ claffis translato. 16. Sept. 1702.
329. Conceditur Miffa nova ad poſtulandam gratiam bene moriendi, ponenda in

- in Missali post Missam pro remissione peccatorum. Et in Rubricis generalibus in Titulo de Coloribus paramentorum, sub colore violaceo. 20. Mart. 1706.
330. Festum Conceptionis B. V. M. immaculate ubique terrarum ab omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus, sicut alia festa de præcepto, servetur, & celebretur, ac sub præcepto observationis festorum comprehendatur. 28. Jan. 1708.
331. Extenditur ad Ecclesiam universalem festum B. V. M. de Mercede celebrandum die vigesimaquarta Septembris, sub ritu duplici de præcepto. 18. Febr. 1696. At quia in Decreto non exprimitur sufficienter ritus: ideo intelligendum est de duplici minori, ut patet ex superius dictis, n. 284.
332. Benedictiones, & distributiones candelarum, cinerum, & palmarum non sunt de iuribus merè Parochialibus. 10. Dec. 1703.
333. Non sunt de iuribus merè Parochialibus functiones omnes hebdomadæ sanctæ. 10. Dec. 1703.
334. Celebratio Missæ solemnisi feria quinta in Coena Domini non est de dictis iuribus Parochialibus, sed spectat ad Parochos. 10. Dec. 1703.
335. Non est de iuribus merè Parochialibus prima pulsatio campanarum in Sabbato Sancto; sed spectat ad Ecclesiam digniore, ad formam Constitutionis Leonis X. 10. Dec. 1703.
336. Expositio quadraginta horarum, & benedictio, quæ fit super Populo non est de iuribus merè Parochialibus. 10. Dec. 1703.
337. Expositio, quæ fit cum Reliquiis, vel Sacris Imaginibus, & benedictio, quæ cum eis fit super Populo non est de iuribus merè Parochialibus. Et quoad benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus serventur Decreta. 10. Dec. 1703.
338. In oratorijs privatis Confraternitatum per Confratres itatis horis recitari possunt Horæ Canonice cum cantu, vel sine, absque alia licentia Parochiali, nisi aliter Ordinarij statuat ex rationabili causa. 10. Dec. 1703.
339. In dictis oratorijs privatis est licita celebratio Missæ private, assentiente Ordinario loci, & contradicente Parocho. 10. Dec. 1703.
340. Capellani Confraternitatum possunt Populo denuntiare festivitates, & vigiliis occurrentes in hebdomada absque licentia Parochi. 10. Dec. 1703.
341. Intra ambitum Ecclesiæ Confraternitatum fieri possunt processiones iuxta consuetudinem institutionis institutum absque interventu, vel licentia Parochi. 10. Dec. 1703.
342. Eisdem processiones fieri non possunt extra ambitum dictarum Ecclesiarum absque licentia illorum Parochiorum, per quorum territorium transendum est, nisi adesset licentia Episcopi. 10. Dec. 1703.
343. In dictis processibus non possunt Capellani Confraternitatum deferre stolum extra propriam Ecclesiam. 10. Dec. 1703.
344. Episcopo accedenti ad Ecclesias publicas Confraternitatum, quæ non sunt Regularium, neque proprium Rectorem beneficiatum habeant, non est porrigendum asperforium à Parocho, in ejus territorio sunt sitæ dictæ Ecclesie. 10. Dec. 1703.
345. In dictis Ecclesijs Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus retineri non potest Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sine speciali indulto Sedis Apostolicæ. 10. Decemb. 1703.
346. Præsupposita facultate retinendi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in eisdem Ecclesijs publicis Confraternitatum non potest per annum publicè exponi sine licentia Ordinarij. 10. Dec. 1703.
347. Sacerdotes exteri confluentes ad Regularium Ecclesias, & celebrantes de Sanctis Ordinis servatis servandis possunt in Missis se uni formare cum Regularibus, quoad *Credo*, & quoad numerum orationum more duplicium. 11. Jun. 1701.
348. Diebus Dominicis, quibus tam Regularibus, quam exteri celebrant de Dominicis, possunt exteri uti coloribus paramentorum, quibus utuntur Regulares ratione alicujus Octavæ. Et Regulares celebrantes in alienis Ecclesijs possunt uti coloribus juxta Ritus eorundem. Et tam exteri in Ecclesijs Regularium, quam Regulares in alienis possunt apponere commemorationem Octavæ, ut supra occurrentis, servata Rubrica de duplici oratione habenda in Dominica Infraoctavam. 11. Junij 1701.
349. In Officio ad Hymnum *Iste Confessor* pro Sanctis Confessoribus, quoties eisdem fixa dies est assignata, quæ non est dies obitus, recitari non debet, *scilicet* *Moruit bea-*

- beatæ scandere fides*: licet re verè officium fiat die obitus. Et eadem regula servanda est in officijs de Confessoribus translatis, quamvis officium sit de die obitus. 11. Jun. 1701.
350. Cum multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesijs, vel Nationibus concessum sit à Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadibus, vel mensibus celebrentur varia officia per annum, exempli gratia de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis non impeditis aliquo festo duplici, vel semiduplici, hujusmodi indulta non habet locum in ferijs Adventus, Quadragesimæ, quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum jejunio, sive absque jejunio: nec in feria secunda Rogationum, nec in alia feria, in qua secundum Rubricas fit reponendum officium Dominicæ. 20. Mart. 1706.
351. Dies impediti festo duplici, vel semiduplici pro dictis, officijs recitandis, intelliguntur etiam dies, in quibus ponendum est officium de festo duplici, vel semiduplici translato: quemadmodum alias responsum fuit, quod scilicet festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, nec non dies Octavæ sit dies impeditus respectu talium officiorum. 29. Mart. 1706.
352. Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum non possunt addere nomen Sancti Fundatoris in Littanijs, & *Confiteor*. Neque recitare officia, & Missas concessas alijs Religionibus. 20. Mart. 1706.
353. Gratia, quam Clemens Nonus die 20. Martij 1668. Et die 16. Februarij 1669. concessit Monialibus Conceptionis B. M. V. Immaculate in Campo Martio de Urbe, Ordinis Sancti Benedicti celebrandi sigillis annis festum SS. Benedicti, & Scholasticæ cum Octava extenditur ad totam Congregationem Casinensem: nempe tam ad Monachos, quam ad Moniales eidem Congregationi subiectas. Clemens Decimus. 17. Febr. 1672.
354. Monialibus Ordinis S. Benedicti subiectis Ordinarijs in statu Veneto conceditur, ut quolibet anno celebrare possint festum SS. Benedicti, & Scholasticæ cum Octava ad instar concessionis (de qua supra n. 353.) alias factæ Congregationi Casinensi ejusdem Ordinis. Clemens X. 31. Dec. 1672.
355. Interdicitur omnibus, ac singulis facultas assignandi diem fixum Sanctis translatis sine speciali Decreto, id est officia Sanctorum propria die celebrentur, & si sunt impedita transferantur, & juxta Rubricam de Translatione festorum, scilicet prima die non impedita festo novem lectionum, aut die Dominica. 28. Nov. 1682.
356. Officium semel in hebdomada concessum, recitari potest die Sabbati, si tota hebdomada sit impedita: & in tali casu omittendum Officium Beatæ Mariæ in Sabbato. 27. April. 1697.
357. Prima die mensis non impedita festo duplici, vel semiduplici, & in qua occurrit recitari Officium defunctorum, potest recitari supradictum officium semel in hebdomada concessum transfereudo, vel etiam aliquando omittendo defunctorum officium. 27. Apr. 1697.
358. Officium concessum pro aliqua feria cujuscumque hebdomadæ sub Ritu semiduplici ad libitum, non potest recitari Infraoctavarum. 30. Sept. 1679.
359. Proposito dubio: an in concursu S. Emiliani Abbatis duplicis minoris cum festo Omnium Sanctorum Monachorum duplici secundæ classis, faciendi sit in primis Vesperis ipsorum commemoratio prædicti S. Emiliani juxta Rubricas generales Breviarj, an verò omittenda, tanquam unius ex ipsis Sanctis Monachis? Sacra Rituum Congregatio respondit, commemorationem S. Emiliani non esse omittendam. 22. Maji 1700. Ex hac particulari responsione inferri potest ad generalem regulam, quod concurrente festo alicujus Sancti sub Ritu duplici secundæ classis celebrando cum festo Omnium Sanctorum Ritu duplici primæ classis decorato, in Vesperis de sequenti erit faciendi commemoratio præcedentis: licet inter omnes Sanctos includatur etiam ille.
360. Si festum Sanctissimæ Annuntiationis incidit in feriam quintam Majoris Hebdomadæ præceptum audiendi Missam, & abstinenti à servilibus non erit transferendum: sed omnino servandum in prædicta feria quinta: adeoque per Ordinarios locorum providendum, ut eo die pro Civitatum, & Pagorum qualitate, ac Christianis fidelium in ijs degentium numero, plures Missæ private ante celebrationem Missæ Conventualis pro præcepti adimplemento celebrandæ non desint. 12. Sept. 1716. approbante Clemente XI. die 27. ejusdem mensis, & anni.
361. In prædicto casu Sanctissimæ Annuntiationis.

tionis occurrentis in feria quinta in Coena Domini antiquus mos Communionis Cleri in Missa solemniter eius diei, quo Ecclesia SS. Eucharistiae Sacramenti institutionem, & memoriam recolit, summa Religione haftenus observatus nullo modo omittatur. 12. Sept. 1716.

362. In Missis votivis de Passione, vel de Cruce, quae dicuntur infra hebdomadam Passionis non est omittendus Psalmus: *Judica me Deus*, neque *Gloria Patri*, ad Introitum, & Lavabo, licet haec omnia omittantur in Missa Tempore. 10. Febr. 1647.

363. Festum Translationis, Ordinationis, Apparitionis, vel Inventionis, quod alicubi celebratur ratione corporis, vel insignis Reliquiae celebrandum est sub ritu semiduplici, nisi fit festum unicum, vel principale, & supposita concessione si bis celebretur. 6. Dec. 1698.

364. Festum semiduplex occurrens in festo duplici infra octavam non privilegiatam, non est transferendum post illam, quando dies immediatè sequens alio festo duplici, vel semiduplici impedita non fuerit: sed faciendum tunc est officium die immediatè sequenti, 30. Sept. 1679.

365. Missa S. Gregorij pro vivis, & defunctis, 15. Auxiliatorum, & de Patre Aeterno, & aliae varj in locis impressae sunt prohibita. 8. Apr. 1628.

366. Diaconus non debet dare pacem Laico, neque Domino loci. 5. Jul. 1614.

367. Non prohibentur 30. Missae S. Gregorij pro Defunctis. 28. Oct. 1628.

368. Episcopi nequeunt delegare alijs benedictionem paramentorum, & earum rerum, in quibus unctio non adhibetur. 369. Congregatio concessit insignioribus Regularium Ecclesijs usum planetarum plicatarum: & declaravit, celebrantem, & Ministros federe posse, dum cantantur Epistola, & Graduale.

370. In feria 5. & 6. majoris hebdomadae non fit Processio Sacramenti extra Ecclesiam. 6. Aug. 1591.

371. In feria 6. Paraceves non potest fieri nocte Processio cum Sanctissima Eucharistia. 22. Maj 1596.

Haec Decreta desumpta sunt ex Gavanto, Lacroix, & alijs: quorum diligentia omnibus satis est nota: sed non propterea omnino authentica sunt, qua propter sententiae, quae ipsis, vel in hoc, vel in alijs Libris opponantur, dum à gravibus Doctoribus defendantur, non illico rejicienda sunt. *Lacr. lib. 6. p. 2. n. 2057.* Plura adest Cajetanus de Marassi Consultor S. C.R. in 1. Tom. Gavanto. f. 517.

TIT. XLII.

De Baptismo, & ejus effectu.

398. **T**RIPLEX communiter distinguitur status naturae. 1. est *parva natura*, quae, scilicet, praecise habeat perfectiones, & facultates sibi naturaliter debitas, cum proportionato concursu Dei, absque ordinatione ad finem supernaturalem per dona supernaturalia, & absque natura corruptione per peccatum originale: & hic status possibilis communiter asseritur. 2. est *natura integra*, quae, scilicet, ultra perfectiones naturaliter debitas, haberet per dona sibi indebita perfectam subjectionem appetitus, & aliarum facultatum sensitivarum ad rectam rationem, & ipsius rationis ad Deum, ut finem ultimum cum exemptione à doloribus, aliisque corporis infirmitatibus: & quatenus ordinatur ad finem supernaturalem, fuit status justitiae originalis, in quo fuit Adam creatus. *D. Thom. 1. p. q. 95. art. 1. in corp. Sed quod fuerit conditus in gratia, videtur requirere ipsa rectitudo primi status, in qua Deus hominem fecit, secundum illud Eccles. 7. Deus fecit hominem rectum: erat enim rectitudo secundum hoc, quod ratio subdebatur Deo, rationi vero inferiores vires, & anima corpus: prima autem subiectio erat causa, & secundae, & tertiae. Et in art. 3. dicit, quod homo in statu innocentiae aequaliter habuit omnes virtutes. Tertius est status naturae lapsa, in quo justitiam originalem, & integritatem, quam in primo parente acceperat, per ejus peccatum perdidit. Hanc statum diversitatem non incongruè adumbrantur Gentiles, qui Mundi in ferrea aetate miseram conditionem sic suis coloribus depinxerunt. *Videtur ex rapto, non hospes ab hospite tutus, non focer à genero, fratrum quoque gratia rara est, imminet exitio vir conjugis, illa maritum: lurida terribiles miscent aconita novera: silius ante diem patrios inquirat in annos, vicia jacet pietas, & virgo eade madentes ultima Caeslestium terras Aethra reliquit.* Peccatum ergo Adami ita in nos transfunditur per propagationem, ut nos omnes ejus posterij per illud in sua conceptione vere in se ipsis peccatores constituentur, Deo odibiles, & digni damnatione, juxta illud *Psal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et ad Rom. 5. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors,**

De Baptismo, & ejus effectu.

mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo (scilicet Adamo) omnes homines peccaverunt. *Trid. sess. 5. in Decret. de Pecc. orig. Modum sic explicat D. Thom. 1. 2. q. 71. art. 1. in corp. Dicendo, quod omnes homines, qui sunt unius communitatis reputantur quasi unum corpus, & tota communitas quasi unus homo: sicut etiam Porphyrius dicit, quod participatione speciei plures homines sunt unus homo, sic igitur multi homines ex Adam derivati sunt tamquam multa membra unius corporis: actus autem unius membri corporalis, puta manus, non est voluntarius voluntate ipsius manus, sed voluntate anima, quae primò movet membrum: unde homicidium, quod manus committit, non imputaretur manus ad peccatum, si consideretur manus secundum se, ut divisa à corpore, sed imputatur ei, in quantum est aliquid hominis, quod movetur à primo principio motivo hominis. Sic igitur ordinatio, quae est in isto homine ex Adam generata non est voluntaria voluntate ipsius, sed voluntate primi parentis, qui movet motionem generationis omnes, qui ex ejus origine derivantur, sicut voluntas anima movet omnia membra ad actum. Unde peccatum, quod fit à primo parente in posteros derivatur, dicitur originale, sicut peccatum, quod ab anima derivatur ad membra corporis, dicitur actuale. Et sicut peccatum actuale, quod per membrum aliquod committitur, non est peccatum illius membri, nisi in quantum illud membrum est aliquod ipsius hominis, propter quod vocatur peccatum humanum: ita peccatum originale non est peccatum hujus persone, nisi in quantum hac persona recipit naturam à primo parente: unde, & vocatur peccatum natura, secundum illud *Ephef. 2. Eramus natura filij irae. Et art. 4. dicit, quod si aliquis ex humana carne formaretur miraculoè, quod non contraheret peccatum originale, quia non fuisset in Adam, secundum seminalem rationem, quod solum causat traditionem peccati originalis, juxta D. Augustinum. Et art. 5. ait: Principium activum in generatione est à Patre, materiam autem Mater ministrat, unde peccatum originale non contrahitur à Matre, sed à Patre, & secundum hoc, si Adam non peccante, Eva peccasset, filij originale peccatum non contraherent. E converso autem esset, si Adam peccasset, & Eva non. Hoc ergo peccatum originale per baptismum deletur. De quo, & ejus effectu in presenti agendum est. Et ecce jam pervenimus ad statum naturae per Christum reparatae quoad infirmitatem culpa, licet non quoad infirmitatem concupiscentiae.**